



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

Tertia Conclusio. De prædictis effectibus coniecturaliter Astrologus potest prognosticare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

verè prognosticare de huiusmodi effectibus,  
ex caussarum concursu.

Tertia Conclusio. *De prædictis effectibus coniecturaliter Astrologus potest prognosticare.* Conclusio constat ex dictis.

Quarta Conclusio. *De effectibus fortuitis, moribus, & actibus humanis ex libera voluntate dependentibus, Astrologus cum nulla certitudine potest aliquid prædicere.*

**P**ROBATVR in primis ex sacris literis. Sic, futura prædicere spectat ad Deum. Esaiæ 41. Annunciate, quæ ventura sunt nobis, & sciemus, quod Dij estis. & cap. 47. Stent & saluent te augures cœli, Astrologi, qui contemplabatur sidera cœli, & supputabât mentes, vt ex his annunciarent ventura tibi. Sap. 8. Signa & mœstra scit, antequam fiant. Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & ponentes rationem eius in terra? Deinde constat hæc Conclusio ex canonic. 26. q. 2. can. Illos planetarios, & can. Sed & illud: obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, seruare somnia; superstitioni tribuitur. & q. 4. can. Igitur genus. Astrologi dicti, eò quòd in  
astris